

DIDASCALIA X.

S. Benedictus nulli animum voluptati dedit.

Subdit eius insignis Historiogra- plus in Prefat. Perproprie ad eius festa, dum recolimus deserti Tabernacula, additur alijs floribus, atque frondibus reticuli, & salices detorrente. Per salicem designatur cogitatio, ut hic observatur a Radulpho. Per torrentem vero omnimodam voluptatem: & Benedictus in deserto salicis comparatur de torrente; quippe inter tot mundi invitantis voluptates, ulla cogitatio nulli. Quasi salix iuxta praterfluentes aquas Benedictus germinavit, quia nec cogitatio de voluptatibus floruit. Erant illi aquae praterfluentes, & transivit transuentes.

Quis locus hic vitij, aditu quem prava cupido invenit hac inter sacra ac penetrabilia mentis? Quod peccet, qui nil cupiat? Quo tendat iniqui? In latebras sensus, quisquis non indiget ullo? Paulinus Consularis in Carm. de Baptist. cecinit, & proposu. Latuit ibi anguis adhuc sub arida herba, licet suspenderit in salicibus organa: igitur cordi estis surdo in creno Roma resonat cantus, tamquam esset auditus in medio eius. In pumice Venus invenit delictosa fomitem, cum vix haberet renum, quae tegeter ossa cutem! Quod quod lignum incendat, dum aqua flagrat?

Perpende theatrum, ut notes & mireris nobile triumphum. Tanta autem carnis tentatio (ait Gregorius Magnus cap. 2. lib. 2. Dialog.) avi recedente secuta est, quantam vir Sanctus numquam fuerat expertus. Quamdam namque aliquando feminam viderat, quam malignus spiritus ante eius mentis oculos reduxit: tantoque igne seroti Dei animum in specie illius accendit, ut dum in eius pectore amoris flamma vim caperet, etiam penè deserere crenum voluptate victus deliberaret. Magna proforsum tentatio ubi nec sui conscius, nec sui nescius: tanta gravatus est, ut penè cederet, penè discederet: mens ergo in ancipiti impulsu & repulsa articulo.

Errat ut à ventis discordibus acta phaselus Dividamque tenent alter, & alter amor. Quid mirum? Totus Cocyti, ductrice Veneris, totus Acherontis, ductore Cupidine, concitatus exercitus; sed Benedictus solus. Se, ne præceptis iter, quarebat: & se minime inveniebat; quia sensus quos judicabat minis- tros,

Greg. Maga.

Levir. 21. 40. Benedi- cti vo- luptates praterfl- uentes pra- terit.

Isai. 44. 4.

Paulin.

Pl. 136. 2.

Nullus in mun- do locus à tenta- tione va- cuus.

Tentatio carnis fuit in Benedi- cto gra- vissima. Greg. Maga.

Ovid.

Urgentis tentatio- nis dis- cripta.

Unde ob sequium amoris.

Cur ma- nus mun- dum ig- norare, quam de reliquie- ret

Plin.

Benedi- cti sepe dicitur, an- tequam sepelire- tur.

Psal. 45 9. Lorin.

Marc. Monac.

Trubill.

tur à mundo. Qui verò in sepulchrum ingre- ditur, mundum relinquit, dum sequitur mun- dus. Primum est videre, post relinquere: fe- cundum, antequam videatur, renunciare. Est despiciere, antequam gloria false evanes- cat apparentia; quippe patet oblivio, prius- quam adveniat memoria: & mundus ignora- tur, dum renunciari videtur; igitur si tedium est, illud uti perfidum cognoscere, reco- gnitum proculcare; fastidium erit proculcare, antequam possit videri, & fallacias, atque of- fuscias cognosci. Verum hoc haud brevi Didasc. 11. n. 27.

Observavit Plinius lib. 7. cap. 8. Ritu na- tura capite hominem gigni, pedibus effiri. In pedes procedere nascentes, contra natu- ram est. Quo argumento eos appellare Agrippas, ut egrè partos: qualiter Marcum Agrippam feruntur genitum, unico propè fe- licitatis exemplo, in omnibus ad hunc modum genitis. Felicitas est, ita nasci. Contraria obijciuntur rationi: igitur si infelix dum nascitur homo, quia illum comitatur mortali- tatis conditio, & nasci pedibus est in sepul- chrum effiri; perperam erit felicitas, nasci morti. Imò summa, dum videtur felicitas fe- licitati contraria: igitur homo obtinet nati- vitatis horroscopum, quasi deportaretur pe- dibus in sepulchrum. Singularitas eiusmodi partus claret speculum perfectionis. Benedi- cti, quoniam illius proprium, quantumcum- que singulare. Homines, seu potius homi- num cadavera pedibus deseruntur in sepul- chra, verum pedes homines non deserunt, nisi pedibus singulariter nascuntur: & Benedi- ctum in antrum deserunt pedes, dum pedi- bus deseruntur alij homines; ut pateat felix funus, eius qui vivebat mortuus: igitur spon- tē sepeliebatur, antequam ab hominibus se- peliretur. Plura alia loco cit.

20 Venire & videte opera Dei, & qua posuit prodigia super terram. Quae igitur prodigia? Solitudines. Legit Lorinus hic. Solitudines sunt prodigia? Sanè: siquidem ibi videtur mors viva, & vita mortua. Pro- digia in solitudine, quoniam ibi videtur vi- vum cadaver:

— Puer dulcis patrie penates Linquit, & solus latuit silenti Conditus antro.

Nonne in solitudine prodigium, excogita- tum lunus ante tempus, dum sepelitur solus? Solus, quoniam mens in caelo. Solus, quia nec secum cogitatio. Si per myrtum signa- tur vita mortua, videtur in spelunca:

Et gerit insigni myrtica fersa coma.

\*\*\* \*\*

stros, sensu à Cypride falsa voluptate cor- ruptos; ac in necessario officio potius infi- dari, quam servire. Desiciunt à fide data, est ad horam libertate promissa: & dum officium vel invite faciunt, magis officiant. Muros habet hostis, & circum haud videtur nisi ignis & ignis.

— Pectus vapor Amorque torret, intus saevus vorat Penitus medullas, atque per venas meat Visceribus ignis versus, & venas latens, Ut agilis flamma percurrit.

Pluunt Cupidines in aream pectoris, lu- dum tela figentes, & circumvolitantes, ut cantent victricem, qui inexpugnabilem con- stituebat pugnam; igitur pectus flammis ignivomè atquebat, & cupiditas ne periret, accedendo deperibat. Venus pro corpore, ratio pro mente: phalanx demum invadit, sed tota ruit. Sensus. Sed non confensit, quamvis monia casti pectoris Avernus faci- bus studiosè circumdedit. Hostis tenuit cordis monia, verum non ruit alto à culmine Tro- ia. Srat immobilis puer, est totus irruat aether: etenim ut vidit quasi oppressos ratio- nis conatus, & partes hostiles perfidè sequen- tes sensus:

Non tulit ulterius: sed ut intabescere flava Igne levi cera, matutinusque pruina Sole tepente solent; sic attenuatus amore Liquevit, & tecto paulatim carpitur igni. Et nequus iam color est misto candore rubori, Nec vigor & vires:

Sed sumpsit à corpore (à quo & in quo in- testinum bellum, & militum transfugarum praesidium) per castitatis munimen, & Na- minis arcem; quoniam ultima salus, nullam per Venerem sperare salutem: igitur impulsu caelesti ut evaderet volatu, unde egredi nequibat progressu, & victoria celebraretur illustris, si nancisceretur inermis; Benedictus contra Benedictum pugnant, contendens, vi- res proprias contra vires in exercitum du- cens, impetè corpus nudum praecipitavit in dumetum horridum. Nudum se in spinarum aculeos, & urticarum proiecit globos: unde per carduorum acies, acies retudit Veneris. Traxit voluptatem in dolorem, qui propulsi Cupidinis voluptatem. Vulnus re- cepit, ne vulnera acciperet. Veneno aperuit ostia, dum aperuit vulnera: igitur virus exiit, ubi vulnus eduxit. Quia celsit viribus, vi- cit. Abstulit, sed ignem ignibus urticarum extinxit. Vidit triumphum, quia mutavit incendium. Aptius dicens vulnus Cupidinis, quam corporis: siquidem puduit, & avola- vit Venus, ubi apparuit Benedictus pulcher & faucibus.

— Duo tela phavetra Diversorum operum: fugat hoc, facit illud amorem. Quod facit, auratum est, & cuspidè fulget acuta: Quod fugat, obtusum est, & habet sub arun- dine plumbum.

Tom. II. Taut.

Nec quidquam nisi vulnus erat, error undique manat, Deiectique patenti nervi, trepidaque sine ulla Pelle micant vena salentia viscera posse, Et pellicentes numerare in pectore fibras.

3 Languit corpus, sed amore languit Languit corpus, ne langueret. Languit cor- pus, sed valuit animus. Vulneribus vulnera ingeniosè sanavit; & quod ignis concepit, igne resinxit, & flammis flammis compe- scuit. Corpus tradidit tribulis lacerandum, ut pectus servare ab ureidine integrum. Si noluisse esse corpore, fuisset pectore. Vali- dior fuit ignis, qui foris ussit, quam qui in- tus Venus accendit. Novum belli genus (ait Chrysothomus Homil. 34. in Matth.) & in- solitum praeliandi morem intelligant, cum discipulo Dominus mittit nudos; inexplica- bilem virtutem profertur. Novum est, & mirum salti sanitate amittere, & novum artificium lacerandi, iacturam facere. Impia sagitta Benedictum tetigit, non prostravit. Inter spinas deiecit, ut validior surgeret. Antequam pugil Benedictus figurabat, qui nimis victor, cum cecidisset, erat. Fuit uti- que impugnatus, propugnatus, verum mi- nimè expugnatus: igitur quae tela à Venero tulit, fortius in Venerem retulit. Ideo post myrtum, salix additur Tabernaculorum fe- licitati: Ramos ligni densarum frondium, & salices de torrente. Per myrtum designatur vulnera Veneris: ait Pierius lib. 50. cap. 29. per salicem, victoria castitatis: idem lib. 52. cap. 26. Aptum itaque symbolum, ut Bene- dicti describatur trophaeum: quoniam non rutilaret fulgor candoris, nisi inter vulnera Veneris. Hæc vel vincit, vel vincitur: & ut caderet victa, cordium vulneratorum non- numquam victrix; idem icit idcirco retusus armis.

Et qua spectavit vulnera, vulnus habet. Plus igitur penè victus victor fecit, quam pro- victoria hominis contemplatio cogitavit. Luceat sicutum, ut pateat verum.

4 Puella subitè obviavit vagus Cupi- do, qui quidem specie fuisse, & vulnerare pectus virginis decrevit: sed improvise consilio, mutato telo, sibi arripuit aureum, & puella plumbum: ita ornatur Cupidinis phavetra, ut canit Ovidius lib. 1. Metam. Fabul. 9.

— Duo tela phavetra Diversorum operum: fugat hoc, facit illud amorem. Quod facit, auratum est, & cuspidè fulget acuta: Quod fugat, obtusum est, & habet sub arun- dine plumbum.

Bb 1 Cæ

Ovid.

Per vul- nera ca- ruit vul- neribus.

Chryso- thom.

Singula- re media- canem.

Leviti. 23. 49.

Rutilat fulgor ca- stitatis in- ter vulne- ra Veneris.

Ovid.

Tela Cu- pidinis aurata.

Ovid.

Cæcus est, dum petentis; quid si percutitur? Dum lumina cæcus intendit, minus videt. Ita puella senex odium, & ne promeret, in errorem reflectens (ut vinceret) telum aureum; cogitat fallere, quem non poterat Cupidinem fugere. Fingit se victam ante pugnam, ut nauticatur victoriam. Cæcus credit, sagittas demittit, pharetram ante pedes virginis projicit; & parva occasione, dum Amoris incernis infidiant, sed mulcenti parit cor; cinis Cupido factus, qui sagittis seu fulgure pruna fuit: & cuius manus traxerant in incendium victrices flammæ, in tenues serunt cor, arcus, tella, favillas. Contentioem succinuit Achilles Boechius lib. 1. symb. 6.

*Aurea dum precibus miseri exoratus amantis, Tendere in dominam tela Cupido truem, Illa dolos sensit, petoque restorjit ocellis, Et videns pueri tela ferocis, ait: Nil opus est pharetra, sinosa nil opus arcu, Congredere, & vires expertere meas. Dixerat: hæc tenero placuit sententia Amori, Tanta fuit dominæ gratia, tanta Venus. Ast ubi sunt arcus positi, positaque sagitte, Hæc rapit ultra se protinus illa manu. Nec mora protendens arcum furialiter acrem; Incauti figit pectora nuda Dei.*

*Itus amor totus subito inflammatus amore, Victicem in domine se dedit ipse manu.*  
 5. Ecce supra dictum, Benedicti memorabile factum. Accipit intorsum Veneris tela, igitur celsio videretur suspecta, & longe a Benedicto quamvis neta. Cor erat Cupidinum scopos, qui fuerant nacti feliciter ictus, ex quibus & brachia laeta, cum tot iecerint in pectus molle sagittas, ut contorquerent etiam pharetras vacuas. Hydræ sanguine iacula imbuta, & cuncta lethalia: etenim corpus faucibatur vulneribus, viscera ignibus, cutis sagittis, pectora flammis. Quid inter ignes Benedictus? Phœnix. Si aggravat animam corpus, quod corrumpitur; paluri mucronibus corrumpatur: si deprimat sensum multa cogitantem; nil cogitandum de sensibus. Pereat corpus, ne pereat. Viscera pateant. Equis pernicibus Veneris & voluptatis (Pernicibus, cum antequam veniat, fugiat) vehebatur currus Cupidinis: qui quidem erigere iam conabatur ex atleta trophaum, cum vidit nudum. Ast Benedictus, divinâ gratiâ, dum ad semetipsum reverteretur respicitur:

*Intonat, & dextra liberatum fulmen ab aure Misit in aurigam, pariterque animaque, rotisque Exiit, & sevis compefcuit ignibus ignes. Conferuntur equi, & saltu in contraria facto,*

*Colla iugo eripiunt, abrutaq; lora relinquunt. Haud depoliti sunt arcus ab amore: Benedictus coëgit dimittere, quia depoliti potentem de sede.*

*Itus amor totus subito inflammatus amore, Victicem in domine se dedit ipse manu. Quoniam portendens arcum furialiter acrem, Incauti fixit pectora nuda Dei.*

6. Benedictur Benedictus in Abrahamo: iccirco dicitur, *Benedicam tibi, erisque Benedictus.* Benedictam, si tentationem fugeris: erisque benedictus, dum venientem superaveris. Fastigi tentationem, fugiens Chaldaeam; cum venientem tentationem non fugeris, faciam te in gentem magnam. Ubi claraerit huiusmodi factus, eris tunc benedictus; quoniam benedictus, & vincet fugiens, & vincens vincet: fugiens vincet mundum, vincens vincet semetipsum. *Exiit vincens ut vinceret.* Felix cui creditur pugna, tanquam victoria. Felix, qui pro victoria tunc vulnera. Vicit, qui iam vicerat, quippe ad plenam victoriam alia victoria restabat. Vicit diabolum, vicit mundum, utriusque concucatio fallacias & vanitatem; verum restabat, quod superaret Cupidinem. Vicit alios, deciditatur victoria sui; & ut caro te contra reagis demonstraret fortitudinem, vulneribus vicit carnem. Vicit vulneratus, qui vulneribus reputabatur ut victus; & dicitur, *Exiit vincens ut vinceret;* quippe pro victoria modo contrario pugnavit. Victoria de Venere fugam amat, & Venerem fugat: exivitque Benedictus vincens, ut vinceret; quoniam vicit non fugiens, sed comendans. Exit, qui sine latione, Veneris cupide: & singularem triumphum modus certaminis atruit; triumpuam victor & vulneratus exiit. Exit aliquando vincens, sed ut vincatur, quia exit: igitur sibi non cavet, & qui non timet, succumbit. Vincere intendit Amorem tenaci pugna, cum ipse vincat obice restitentiâ; ut canit Senec. in Hippolyt. v. 572. Act. 2.

*Sape obstinatis induit franos Amor.*  
 Et ut novum Venus in Benedicto obloppuit; quod ubi nemo pugna laureatus & victor exit, victor exiret. Magnum utique, sed magis singulare; quod tot sagittis confollus rutilaret peripicue candor illæsus.

7. Curiosus oculos amœnabat Moysis rubus Phœnix. *Vadam* (ait) *& video visionem hanc magnam.* Ad splendorem sufficeret portenti visio: quo non animum percelleret magnitudo? Unde ergo magnitudo visionis singularis, ut suspenderet mentem novitas lucis? *Videbat quod rubus arderet, & non combureretur.* Ecce certaminis Benedicti lu-

lu-

Art. in Cupidinum.

Achil. Boech.

Amor vi fluitans.

Et pra. prio. Mar. 16.

Ovid.

Bocch.

Gen. 12.

Apoc. 6.

Centra Venerem cur. Benedicti singularis pugna, & victoria.

Senec.

Exod. 3.

Verf. 2.

Ardere Veneris non comburi singularis.

Ibid.

Bibl. Max.

Lucet Benedicti, ubi cur inter amant candor il læsus.

Compefcuit igno amoris ignes.

Ovid.

lucidum speculum, & virtutis singularis theatrum. Corpora humana fragilliora rubo. Inflammam igitur turpi Cupido, flagitatio, faces ministrant sensus, quibus ardet in Venerem fragile corpus. Si longè ignis, secuta etiam materia fragillitatis. Non comburitur, quod non ardet: & uti magnum oculis cogitationis demonstratur; quod corpus igne Cupidinis ardens, minime combureretur.

*Flamma ignis de medio rubi.* Alij *Flamma ignis de corde rubi.* Celebretur ut mirabilis pugna & victoria, de victrice Veneris flamma: igitur omnino magnum, & numquam inter fragiles visum; quod non combureretur levis cogitatio mentis, cum arderet Cupido in medio debilis cordis. Cor humanum apta materia voracitati flammarum, quoniam fovetur focus Veneris combustibili cordium: & utique magnum, quod inter ignes statet illæta & integra, quasi non esset ignis fragillitatis materia. Igne inest splendor & ardor: ardor notatur per incendij vehementiam: splendor verò per flammam: & dum ardet, tantummodo flamma describitur ignis in medio cordis; quoniam faces Veneris magis lammissæ, ut castitas Benedicti luceret, quam ut lucem ignibus impetuosè suffocaret. Lucet pectoris candor, ubi sagittat ignibus Veneris furor. Comburit, dum proteritur: ubi læditur, deficit; ubi ardet illæsus, lucet: & dum ardet in medio cordis Benedicti Veneris flamma, magna atque paulibilis oculis exhibetur scena: siquidem novum, quod tot sagittis petitus, inter flammæ micaret candor illæsus.

8. Audi Philonem. *Totus* (inquit lib. 1. de Vita Moys.) *a radice usque ad cacumen flammæ scesente, manebat integer, & illæsus, quasi non esset incendij materia. Ecce flamma susapte natura urens, ut lignum ardit: lignum verò cremabile urit. Decepta fuit Venus, flammæ vibrans in Benedicti corpus: igitur dum expectavit ex ardore pabulum ignis; ignis fuit eflca splendori candoris. Flamma combulsit flammæ, & illuminavit tenebras. Unde si magnum, quod ignis in pectore arderet, & non combureret; magis singulare, quod ignis tantus vinceretur ab igne.*

*Ecce puer Veneris fert eversamque pharetram, Et fractos arcus, & sine luce faces.* Vitreum corpus erat. Vitrum igne fit, & igne frangitur. Ita tactum, ita fractum: igitur expulit per vulnera cutis, quæ futura, si cederet, vulnera mentis.

9. In rubo apparuit huiusmodi Cupidinis

proculcatio, & magna victoriæ de Venere visio. Etiam Benedictus in rubo præsidium invenit: cur non ad allam arborum confugit? Rubus influere credere in castimoniam, & frangere loem Venerem: de quo Lolinus in *Levitico*. 25. v. 40. & Pierius Valer. lib. 55. cap. 3. Rubus carnem pugit, & mucronibus angit. Non est discimem: igitur nitor integerrimæ castitatis oritur sanè punctione cæbra sensibilibus corporis. *Sicut liliam inter spinas, sic amica mea:* proferebat Amalius. Amica est anima, florens gratia in horto virtutum, & maxime ubi floret sicut liliam: cum ergo liliam commendatio princeps sit in gratia candoris, & candor specimen castitatis; anima pollens castitatis gratiâ, erit proculdubio amica. Verum cur ut florida præter, & pulcherrima rutiler, erit sicut liliam inter spinas, & non, quod quidem maioris commendationis, sicut liliam inter rosas? Ex pulchritudinis contrapositione nascitur excellentia. Aptius ex spinarum præstantia. Namquam inter spinas liliam: & desideratur pro floribus, vallatum sentibus; quoniam in paradiso virtutis, numquam in pectore candor liliæ sine corporis punctione.

Pungunt sentes, sed vigent tribulis flores; Haud aliter hominis lauciat pectus, ceterum virefcit vulnere virtus. Minime pulchritudo deturpatur, dum solia luxuriantia mucrone sentium rumpuntur; quippe vulnera iuvant, dum frondes aggravant. Vel semper sursum liliæ caput celsum, vel illicò vulnerantur: igitur modo solia floris non lædantur, parum interet, quod decidant, rumpantur, vulnerentur, vel laugueant amenitates viridantium foliorum: siquidem liliæ pulchritudo non flat in foliorum viriditate, sed in floris præstantissimo candore. Unde dum candoris desideratur speciosa venustas, liliam exponitur, sed inter spinas: quippe ubi sentibus sancinatur corpus, floret etiam in horto voluptatis animus: & pariter micat in anima liliam candoris, acerbis carduis pro maceratione carnis.

10. Ita ergo floruit Benedicti castimonia, adhuc in horto voluptatis, non visis floribus Veneris: verum, ni fallor, describitur in eodem testimonio singularis castitatis florida pulchritudo. *Lilium inter spinas:* idest, inter Veneris rosas: & quia delicia Veneris mellitæ amaritudines; & quia faces nuptiales ex spinis; ut tradit Plinius lib. 16. cap. 16. ex illo Salmeron tom. 7. Tract. 38. & Pierius lib. 55. cap. 3. & seqq. In tyrannidem cordium Venus illustrit præparat arc-

Quoniam di rubus influat in castitatem.

Cant. 6.

Necessitas puritate mentis, punctio carnis.

Inter mortificationis spinas somnet castitas.

Facet nuptiales ex spinis.

Inh' fl-  
perissim  
gras flo-  
ruit de-  
mediti  
virgini-  
Ma

dum, ut sagittet in obscuro rectos corde. Tendit, ut faucet; fauciat, ut pungat; pungit, ut ardeant: igitur quilibet iactus mucro sit pectori, clavusque cordi. Liliam per candoris pulchritudinem, illibatam designat virginitatem. Floreret utique procal carnis sentibus, longe passiois mucronibus, cardais Veneris, & spinis voluptatis; quas inter frequentissimos flos nitidior etiam carpitur: & inter spinas liliam proponitur Benedictus, ut portentum: siquidem dum tot sagittis petita pretiosa castitas, miram quod floreret liliam inter Veneris spinas. Triumphum per ardentis spinas, urentes corpus, operat, & intruxit calida Venus, sed non celsis caelum corpus: igitur pro Benedicto victoria, dum confringitur spina. Sauciavit vulneribus sagittantem, & peticus sagittavit fugientem Venere: praestante candore floris, rubedine pro victoria profusi sanguinis.

Lilia pur-  
purea.

11 Sunt & purpurea lilia: inquit Plinius lib. 21. cap. 5. Liliam ab ipso commendatur rose nobilitate proximum; cuius candor eximius, & decor celsus. Si purpurea sunt lilia, erit pro liliis victoria: siquidem quasi in corallo.

Picinel.

Superantur candida rubris. Ad altiora erigenda cogitatio, ut nitescat castitatis pulchritudo: quandoquidem commendabilior candor castitatis a sanguine, quam a candore. Ecce dilectus Domino Benedictus, dum urget Venus, Candidus & rubicundus. Liliam convallium rubicundam etiam? Singularem habet causam: & quia lilia singularia, conatur videri in terra nostra lilia purpurea. Candidus per puritatem, rubicundus per passionem: inquit hic Rupertus. Puritas declaratur per candorem, passio per sanguinem: & micant affines diversae pulchritudinis colores, in custodia illibatae castitatis: etenim ut conservetur animi & corporis puritas, corpus debet comitari carnis acerbitas.

Venant.

Candor & inde rubor. Canit Venant. Fortunatus de Horto Regis, v. 6. Sit ergo: verum singularior Benedicti pulchritudo: quippe non candor & inde rubor; sed rubor & inde candor. Candor erat, sed peribat, quia Veneris flammis xluabat: & lacerat spinis totum candidum corpus, dum flagrat ignibus pectus; ut per sanguinem extra corpus bullentem, liliis decidui flammis praefundit candorem.

Patris  
pupum  
cor Bene-  
dicti ubi  
cero im-  
buita san-  
guine.

12 Deinde. Candor nitidus castitatis rutilat, dum contrarietas non gravat: sed ut potest minime luces, quoniam virtus sine advertario marcescit. Ibi maior candoris

gratia, ubi in candorem coarctatur pugna: Vulnerabitur, ni corpus pro candore vulneretur: sanatur vulnera meditata Veneris, vulneribus corporis: & parvi pendit Benedictus vepribus faucius, quod sanguine fluente fedaretur corpus: modò fervaretur illaesus animus candidus. Hic pugnavit, ut vinceret; & vulneribus insignem victoriam etiam inter ignes peperit: siquidem post signa collata, arma conferta, apparuit candidus, quoniam apparuit vepribus rubicundus. Sine sanguine candidus esset ut liliam, sed non videretur mirabile liliam purpureum. Invarietate pulchritudinis stant momenta candoris: & quamvis sine vulneribus esset candidus, voluit esse mucronibus candidus & rubicundus; ut ex robore & purpurea sanguinis lacera carne, candor castitatis luces etiam in corpore. Magna utique victoria! Verum par pugna, ubi maior candor virginitatis a sanguine, quam a candore.

Dum rna  
bicundus  
rutilavit  
candidus

13 Questionem excitavit exstatico Ioanni quidam senior, ut sciret unde coronatorum vestium spectabilis candor. Hi qui amicti sunt stolis albis, qui sunt, & unde venerunt? Se nescire professus est Ioannes, ut obtineret scientiam, propriam doctoris & ducis, exponendo ignorantiam. Hi sunt (respondit, qui interrogavit) qui venerunt de tribulatione magna, & laverunt stolas suas, & dealbaverunt eas in sanguine. Stolas corpora signant, iuxta Haye hic num. 180. Albedo provenit a castitate: & albae exponuntur inbutae sanguine, quoniam sanguine albescent castitatis stolas. Vestis sanguine purpurascit, munditia vero candescit: & ut rutilet indumentum singulare; candor micans ex velle non a candore. Hoc testimonium oculis, ac manibus obvium, pro candore Benedicti, acumine singulari est exponendum.

Apoc. 7  
13

Ver. 14

Castitas  
tri stola  
lavata in  
sanguine

14 Candor igitur corporum iam erat, quippe corpora lota: ad quid enim additur albedo, dum castitatis in corpore rutilabat pulchritudo? Deinde. Albedo dicit candorem, sanguis non habet albedinem: quae ergo pacto erant corpora alba, sanguine lota? Dixit senior. Hi venerunt de tribulatione magna. Magna tribulatio est Veneris urens motus, unde Paulus exclamat: Quis me liberaret de corpore mortis huius? Tribulationem carnis habet homo, quandiu fuerit in corpore. Magna tribulatio est furtae Aveni in corpus undique fragile, quod quidem in rumpatur, ut expellat illatum ignem; cum palma etiam amittet virginitatis candorem: & dicuntur venisse de tribu-

Rom. 7  
24

Sine vult  
nec cor-  
pori, vult  
lent vul-  
nera Ven-  
neris.

Benedi-  
ctus ve-  
narum  
pro fudit  
sanguinem,  
ut  
vinceret  
Venerem

Senec.

Mirum,  
quod can-  
dor casti-  
tatis pro-  
veniat a  
sanguine  
vulneris.

lacione magna, dum corpora apparent sanguine vulnerum lota; igitur ni extinguerent flammam Veneris sanguine, victoria cederet Veneri. Vulnera vulneribus apponenda, dum urget pectus tribulatio magna. Si illaesus, scopus Cupidinis, corpus; laeditur animus, & candor castitatis marcescit laesus: unde corpus, quod custodia, contentidie valide usque ad deliquium sanguinis, ut purpura praestet pulchritudo candoris.

15 Ergo clarius. Singulare certamen inierunt Venus, & Benedictus. Hic ut monile aureum callimoniae teneret: illa ut non sibi, sed proculcationi raperet. Pro flore, non pro pomo uti olim, nata discordia, & contenta fuit pugna. Flos rutilabat candidus, fed futurus rubicundus. Illa ignea caespide percussit cogitationem, ut mentis vigilis praecoccuparet arce; quippe si ratio vigilat, victoria Veneris labat. Flagrabat sulphure Benedicti sagittatum pectus, quin pro nimio dolore sentiret vulnus. Sanguinem corporis infecerunt Cupidinis tela; & ut periret, geminabat iacula. Extra quarebat faucis refrigerium, & nullibi inveniebat alexipharmacum, quippe nocebat antidotum. Absorbebat flamma sanguinis infecti, a Venere medicati, candorem virginie corporis. Totum tela, totum ignis: & in vepres Benedictus iniecit (quoniam cum vulnere minime vulnus) punctum profundit toto corpore cruorem, ut liliis castimoniae conservaret puritatem.

In se innot scivire. Vix pestem indicat. Et saevit, artus ipse dilacerat suos. Exuere amictus quarit, & membra traxit. Dixit alio Seneca in Herc. Octavo Act. 3. v. 823. Membra traxit, ut conservaret sine vulnere membra: & in se saevit, ne Venus saeviret, dum usque ad potentiam saevit: igitur pugna & tribulatio magna, ubi usque ad sanguinem pugna.

16 Proposito testimonio. Corpora ornantur castitatis decore aliter tamen & aliter. Alia abluuntur, alia dealbantur. Illa sunt adhuc in tribulatione munda; ista vero omnino candida. Munda, quoniam in tentatione fugiunt Veneris sordes: candida, quippe excutiunt, & torquent iam missos ignes. Illa flammam repellunt, ista expellunt. Sufficit ibi fuga, hic necessaria est resistentia. Ibi fuga, quoniam tribulatio levis: hic resistentia, quippe tribulatio gravis: & venientium de magna tribulatione, candor procedit a sanguine; igitur nisi per sanguinem minime superarent Veneris ignem.

Utra. In levi tribulatione non pugnant, sed fugiendum; quoniam evanescent

victoria, ubi occasio sollicitat in pugna: In tribulatione magna, non fugiendum, sed pugnandum, quippe dum patitur animus, vel fuga non datur locus. Aut cedendum, aut pugnandum, quoniam inevitabile rellum. Ignis ignibus, & vulnera Veneris superanda vulneribus; ut flos castitatis lucesat fulgore candoris: & Benedictus, quem Venus valide vulnerat, corpus spinis a planta pedis usque ad verticem fauciis; quoniam ut castitatis florem redderet pretiosorem, parvipendit profundere e toto corpore sanguinem.

17 Denique in se retorsit arma, ut rinceret Venus victa, singulari certamine, & virginitas micaret singulari decore; atque corpus virginicum indueretur vestibus albis, origine nova albedinis. Purpura stolae rubescunt, non dealbantur: & Benedictus tribuliterentur & sentibus candidum corpus, dum ardet & fumat flammis Veneris pectus; ut non esset candor liliis castitatis uti in ceteris a flore, sed tanquam novus a sanguine.

Femina tinxit ebur. Aptius dicam, quam Ovidius lib. 2. Amor. Eleg. 5. v. 41. quippe ni Venus flammam minuit, ebur corporis non ita fulgeret: etenim effundens sanguinem non mutavit, sed elevavit candorem. Apparuit non tantum ebur, sed ebur rubrum, purpureum liliam: & Benedictus ut magis pugna, & victoria esset Domino dilectus; inter vepres, & urticas apparuit candidus & rubicundus.

18 Lilia sunt purpurea iuxta Plinium ubi supra, si suspenduntur fumo, nudantur nodis, & marcescunt. Sic sunt purpurea lilia. Candor in liliis luces, & lilia lucent candore; sed grata oculis, dum candicant sanguine. Rubent industria; & ad nitorem singularis Benedicti accedit gratia: quandoquidem suspensus fumo Veneris (qua misit ignem in abdita cordis, ut inter inferos devorantes prunas, in cineres redigeretur petita castitas) addens purpuram pretiositatei virginialis candoris, nudus adhuc seipso maceratur inter vepres. In Armenia rubentes quandoque visuntur nives: ita Ravivius Textor in Offic. lib. 7. cap. 48. Haud minimi tunc sunt, quia rubescunt; sed tunc pluris, quoniam novum. Magis mirabilis nivis animatae color, dum in lilio corporis Benedicti coruscant purpureus decor: igitur magis luxit candor nivis castitatis, rubentibus flammis Veneris. Ideo quod vicierunt flammam, in sanguine dealbaverunt. Postquam alberunt stolas: quippe quam purpura, pretioso rutilo sanguine, non minuitur, sed datur candor candoris.

Propter  
castita-  
tem Bene-  
dictus  
profundit  
corpo-  
ris san-  
guinem.

Ab eius  
sanguine  
candoris  
decor.

Ovidi

Qua an-  
te purpu-  
ra lilia  
Plin.

Rubent  
nives  
Raviv  
Textor

Ubi sup

Dat

19 *Dat pretium candor*: illustris fuit epigraphe Purpura, ut refert Silvester à Petra-Sanct. de *Symbol. Heroic.* lib. ult. cap. 5. Quinam candor inest purpuræ, ut illius regalis conchylii rubet, quia sanguis: quomodo ex purpura fulgor pretiosus rutilavit albedinis: Quicquid concinnat communis ordo, utcumque caret æstimabili pretio. Purpura designat humanum sanguinem, candor verò castitatis decorem: & eum color exoticius iure sit æstimabilior; non dat pretium rubor purpuræ, sed candor: igitur pretiosius meritum in castitatis candore, dum servatur illecebræ humano sanguine. Hinc Benedictus addit studid castitati corporis purpuram; ut per sanguinem candor ampliohem haberet gratiam: igitur magis ac magis albefcit, quâ sanguine purpurascit.

20 Candore etiam commendantur margarite; sed *meliores candida*, que aliquo modo sunt *flavae*: ait Ioannes à S. Gemiano lib. 2. cap. 7. Hæcine margarita pretiosa à cœlesti negotiatore quæsitâ. Castitas, uti pretiosus unio, servabatur in concha pectoris à Benedicto: ideo ut custodiret, in solitudine meditator fecerit. Pollebat pretio illibati candoris, adhuc inter sanctus maris feri florentis ætatis. Arripere intendit procellâ Veneris, & industriâ cupidinis, demone peata; & evasit tunc margarita pretiosa. Prius tantum rutilabat candore: inter margaritas optima, que aliquomodo super candorem sunt flava: unde urgente in voluptatem Veneris tribulatione magna, manat è corpore purpura; ut flavescere candore, & albescente murice inter strata mucronibus spineta, mercatori cœlesti fulgeret ut pretiosa margarita.

21 Consideremus ergo margarite pretium, & pretiositatis artificium. *Nondum enim* (Hebræos alloquitur Paulus) *usque ad sanguinem restitisti, adversus peccatum repugnantes.* Victoria sui, est insignior victoria: & minime insignis, si qui victi sint victores, intra semetipsos cõtententes: quippe cum gaudio sustinetur rapina bonorum, verum ægerimè sensum. Hoc est usque ad sanguinem resistere, & adversus peccatum repugnare: igitur si opus est ad integritatem legis, propugnare debemus usque ad effusionem sanguinis.

Arbitror pro nostro proposito latitare sententiam. Non dicit Paulus: *Adversus peccatum pugnantes*; sed *repugnantes*: quoniam qui pugnat à versarium habet extra, qui vero repugnat intra: & dicit *repugnantes*, ut bellum denotet Veneris: etenim blandis pas-

sionibus, & perfidis voluptatibus, ex nobis ipsis habemus, unde continua certamina toletamus. Ergo ad rem: Adversus Venerem repugnantes, necdum usque ad sanguinem restitisti. Vel tribulatio non fuit magna, vel resistentia modicâ: igitur probat repulsius quod impellit pectora Venus, ut decerpatur castitas) disrumpi venas. In sanguine venenum Veneris est: quo, si expellatur, castitatis languet flos. Qui sanguini parit, Veneri cedit: & congruit usque ad sanguinem resistere, in Cupidinis certamine: quippe quam repugnantia conservare cor debet castitatis candorem; etiam si fuerit opus, totum effundere sanguinem. Vita in sanguine est: & castitas custodienda, etiam si amittatur vita: nondum amoris in castitate astruitur inconcussum testimonium, igitur sine sanguine bellum: & pro munditia cordis adversus certantem Venerem, decertant dum usque ad sanguinem.

22 Dum crescit pugna, crescit & pugnatum gloria: & dum non restitisti usque ad sanguinem, necdum victoriam de Veneri obtinisti illustriorem. Illustris est, ubi rutilat lilium virginitalis commendatione candoris; illustrior, ubi candor procedit à rubedine sanguinis: & sanguine oportebat nascisci illustriorem triumphum, ut lilium castitatis micaret purpura candidum. Haud aliter effulgurat ex tentatione Benedictus. *Byssus & purpura indumentum eius.* Byssus candoris, purpura sanguinis: igitur usque ad sanguinem restitit, dum sentibus Venerem vicit: & addidit flori purpuram, ut candor lilij florentis maiorem haberet gloriam. Salix (que Agnus-castus, ut asserit ex multis Lorinus in *Levit.* 23. 40.) iungitur myrto, Veneri trunco sacro: opponuntur conditiones, sed conciliatur extra propositum Veneris: quandoquidem victi in pugna, & pro Benedicto victoriâ; myrtus, Veneris lignum, conversa fuit statim in agnum castum. Iam palmâ, citro, myrto, & salice, visa est Benedicti victoria, sapientia, mortua vita, & invicta castimonia: & denique veritas umbræ festi Tabernaculorum, pro tempore quo Benedictus habitavit desertum. Celebremus ergo carmine S. Paulini *Natal.* 3. v. 108. parentem ovantem, & inter adversa felicem.

*Spargite flore solum, præcoxite limina fertis: Purpureum ver spiret byssus, sit florens amas: Quid & quale trophæum tam in vincente, quam in instrumentum victoriæ, videbimus hic Tautolog. 6. Didasc. 4.*

Contra Venerem decertantem usque ad sanguinem.

Illustris de Veneri victoris sanguine parte.

Prov. 31. 26.

Lilium castitatis henedicti candorem habuit à sanguine

Salix Agnus-castus

Paulina

Pet. Sancti Benedicti castitatis decer, fuit ex sanguine candor.

Margarita candida & flava, pretiosa.

Marth. 13. 46.

Benedictus.

Heb. 11.

Pro legi castodia profundennda vi

DIDASCALIA XI.

S. Benedictus in mundo vivens, extra mundum fuit.

Greg. Magn.

Benedictus fuit extra mundum in mundo.

2. Cor. 12. 2.

Dum animam non eggravant corporis sensus, in corpore est corpus.

Gen. 12. 3.

Ambr. broli

Extra corpus in corpore iure mirabile.

Ibid.

Hay.

Lyr.

Nes. 2.

**I** Hic vocibus singularior Benedicti prerogativa describitur à Gregorio Papa, ubi *supr. cap. 35.* Sumus in mundo, quando fuerimus in hoc tabernaculo: & claret singulare, esse extra mundum in corpore, esse extra carnem in carne, esse in mundo & in mundo non esse: igitur ubi animæ nobiliores operationes non præpediunt corporis sensus, in corpore non est corpus. *Sive in corpore nescio, sive extra corpus nescio*: profert Paulus, dum eius in divina, sensibus superiora, illuminatus est oculus. Necdum fato sanctus: ergo in corpore. Sanctus: ceterum cum loquatur de visionibus, & lumine gloriæ; utrumque in dubitatione asserit: siquidem est in corpore & extra, ubi pondere corporis minime gravatur anima: & homo iure dicitur factus, dum nascitur corpore, quod extra corpus.

2 Quod dicitur Abrahamo, potius congruit Benedicto. *Egredere de terra tua & de cognatione tua, & de domo patris tui.* Iam patriam & cognatos reliquerat, & Tharopater eius obierat. Quid significat huiusmodi novus egressus? Respondet Ambrosius lib. 1. de *Abrah.* cap. 2. *Sed quia ante terra ei fuerat alia, de qua exiit; consideremus, ne forte hoc sit exire de terra sua, de huius terra, hoc est, de corporis nostri quadam commoratione egredi, de qua exiit Paulus.* In præclara ducitur, & impellitur Abraham, dum à seipso Dominus commendat fugam: quandoquidem semper mirabile esse extra corpus in corpore: & habitare super faciem telluris, cum animus conversaretur in caelis.

3 Abdita perferentem. *Egredere de terra tua.* Ecce viator Abrahamus: sed ubi egressus? *In terram, quam monstraverò tibi.* Alij, *In terram visionis*: aliij, *In terram claritatis*: Lyra denique, *In terram viventium.* Terra viventium, claritatis & visionis, gloria est: & alia terra, scilicet visionis, ostenditur, dum est in terra; quoniam felicitas magna, ut homini cœli gloria clare pateret in via. Hinc additur germinatio benedictionis pro signo felicitatis. *Benedicam tibi, erisque benedictus.* Intende, *Benedicam.* Ecce felicitatis summa: *Eris benedictus.*

Tom. II. Taut.

Bus. Ecce felicitas plena. Felix est qui post mortem corporis Deum videt; plenè felix, qui viderit ante mortem: & tunc Abrahamus, quasi in signum plauditur benedictus; quoniam Benedicto conferenda tanta gratia, ut gloria cœli ei ostenderetur in via; & videret perspicue Creatorem, intendens in Dei lumen luminatiorem.

4 Ne mireris: congruam arbitror Benedicto huiusmodi prerogativam. *Secundam magnitudinem gratiæ, magnitudinè gloriæ exaltatus*: ait Bernardus Serm. de *S. Benedicti.* Gloria respondit gratiæ, & tempus gloriæ gratiæ etiam respondit temporis: igitur si ante tempus, in utero matris sanctificatus; congruum erat, quod ante tempus appareret gloriosus. Conferuntur Dei beneficia, in ulteriora. Non solum ut beneficium, sed ut pignora: unde rutilat magnitudine gloriæ exaltatus; qui in utero genitricis gratiæ præventus; quoniam si priusquam in mundum egredere, habuit gratiam; antequam de mundo egredere, habuit gloriam. Hoc est magnum, ut dono responderet cœlesti donum, & præventus esset gloriæ, qui fuit gratiæ: quippe haud quam Benedictus singularis fulgeret, nisi cum illo Dominus singulariter ageret.

5 *Ipsè illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei*: poterat merito dicere Benedictus visa divina essentia, sicut dixerat Paulus dignatus etiam huiusmodi gratiâ. Non illuxit Dominus in corde Benedicti, ut tantum haberet lucem: illuxit ut deduceret in aliam illuminationem, tamquam de claritate in claritatem: scilicet de claritate gratiæ, in claritatem gloriæ: claritate gratiæ ante ortum lucis, & claritate gloriæ ante articulum mortis: igitur ante huiusmodi horam vidit essentiam divinam.

6 Diligenter observa ordinem verborum in testimonio, ut luceat amplius privilegij claritudo: *Illuxit ad illuminationem scientiæ claritatis Dei.* Cur non dicitur: *Ad illuminationem claritatis scientiæ Dei*, sed *ad illuminationem scientiæ claritatis*? Quæ claritatis scientiæ, vel cuius scientiæ claritas, in quibus hominum summa felicitas? Claritas scientiæ est gratia, qua Christus illuminat corda: & transit ad illuminationem beatitudinis, quæ est scientiæ claritatis; quoniam antequam morte perveniret in gloriam, habuit de Deo cognitionem claram.

Proprius delicabo. Gratiam & gloriam dedit Dominus, & uti beneficium ante tempus. Claritas scientiæ supponitur, dum

Benedictus ubi viderit intuitivè Deum.

ver-nard.

Dignatur Dei visio ad hoc in vita mortali.

Præventus fuit gratiâ & gloria

2. Cor. 4. 6.

Transiit de claritate in claritatem.

Non solum habuit claritatem scientiæ, sed scientiam claritatis.

scientia claritatis conceditur; sed quousque in caelo omnimoda obineatur felicitas, nulli, nisi privilegio speciali, conceditur claritas; & patet cogitationi mirum, & plane porrectum, dum Benedictus est in mundo, & extra mundum; quod ubi tantum habetur claritas scientiae per gratiam, scientiae claritatem nancisceretur per gloriam. Aliter & brevius interretabor. Mira operabatur Dominus, ut glorificaretur Benedictus. Mirum fuit, quod confortaretur aquilinae mentis lumen, ut videret intente acie interrita Solem: verum cum claritas scientiae datur in via, & scientia claritatis in gloria; magis mirum, quod tota Deitatis rutilans gloria, homini puro revelaretur in via.

7 Contemplatur igitur huius gratiae momenta, ut conset in Benedicto quanta collocata gratia. Corruit in terram tactus de caelo lumine tanquam fulmine Saulus, & cadendo surrexit: igitur illico post felicem lapsum raptus est in tertium caelum, quo mens lumine gloriae illustrata, posita gloria, visione beatifica. Vide quae diximus hic *Didasc.* 4. n. 13. Cum in ordine ad baptismum gratia conferretur Saulo, illico ut Ananias accessit, ubi erat, domo; ita illum alloquitur: *Saul frater, Dominus misit me Iesus, qui apparuit tibi in via.* Si tot miracula habebat; quae missionis essent praecleara signa, cur pro testimonio muneris, tempus declarat apparitionis: Felicitas Sauli, & gloria originem habebant a visione, non a tempore: quid igitur interest, *Quando* ei Dominus gloriosus apparuit? Sane confert plurimum, ut conset & Pauli privilegium, & Christi erga eum excessus amoris ex insigni demonstratione generositate singularis. Ordo communis est, ut consummatis cum vita vitae molestijs, anima potetur in caelo torrente sitibunda volupratis, visione essentiae divinae, in qua pondus totum gloriae. Via homini est vita, qua ad patriam tendit, & pervenire fatagit; quippe satiabitur anima, cum post mortem apparuerit Domini gloria. Haec est summa felicitatis, utpote bonorum omnium perfecta collectio, sed nobilitatur loco, ubi quod extra mundum apparet in mundo: & dum gloria clarescit caelestis lunibus Pauli, non tantum mentio fit gloriae, sed etiam ubi; quoniam speciale privilegium, quod cum alijs gloria reveletur in patria, ipsi viventis apparuerit in via.

8 Caelum igitur iam claret extra caelum, vel collectio bonorum in hac valle lachrymarum. Singularis in Ecclesia Saulus, qui iam Paulus, apud perfectiores ut Do-

Quomodo

Privilegium Pauli

Ad 9. 17.

Mirum, quod videatur in mundo, quod revelatur in caelo.

ctor Gentium futurus, magnis prerogativis etiam a caelo dignatus: & priusquam ab Anania baptizetur, maximopere a ministro christicolis commendatur; ex eo quod in via ei Dominus apparuerit, & gloria illo in instanti donaverit: siquidem sic collatio gloriae in patria post mortem est beneficium; in Paulo rutilat maximum, quod esset vivens in via, & etiam esset ante mortem in patria. Nemo coronatur, nisi qui legitime certaverit in agonibus, quoniam laurea conceditur in finem perseverantibus. Finis mors est, ex qua inchoatur vita aeterna, & iucunda, collata gloria: & Paulo revelatur in via, ut Dominus Pauli ostenderet magnitudinem; igitur glorificavit & extra communem ordinem. Fallitur Ethnicus; dum canit lib. 3. *Metam.* Fab. 3.

*Ultima semper Expectanda dies homini est: alicuique beatus Ante obitum nemo, supremaque funera debet.* Fallitur aperte: igitur beatus & felix Paulus ante obitum, cum adhuc in via raperetur in caelum.

9 Prerogativa Pauli, ut licet esset primus, non esset solus, concessa fuit Benedicto, adhuc degenti in hoc caelo: igitur hic Doctor & dux Monachorum, si ille rure Doctor Gentium. Singulariter enim honorandus erat Pater Patrum, & Princeps Principum. Canit eleganter devotio. *Lure quidem fateor, meruit Patriarcha vocari, Qui caelum instituit religione sacrum. Es prior, es Patrum Princeps Patriarcha, fuisse Et prior & Princeps religione Patrum. Nam quomodo reliqui sint lumina clara Parentes, Omnia sub radijs inferiora tuis.* Quin etiam uti D. Paulus, plauditur a Stephano III. (vidimus *Didasc.* 4. num. 2.) Benedictus, *Doctor Gentium.* Si congruunt merita, aequalis conferenda prerogativa. *Passionibus vacuum ad altitudinem Angelice gloria sublevatus:* essetur a Zacharia Papa. Magnum utique, quod in carne, vacuum esset pondere carnis, cum vitam Angelicam homo generet in terris: verum magis singulare, quod in terris sublevaretur in altitudinem Angelicae gloriae: igitur si illis feliciter apparuit in patria, Benedicto gloria etiam apparet in via.

10 Iusti post resurrectionem, corpore glorificato, erunt sicut Angeli Dei in caelo: & Benedictus confertur Angelis, adhuc vivens in tabernaculo corporis; ut clarescat dono quanta gratia in corde Benedicti

Gloria extra orbem mundum ordinem gloria singulari.

Paulus beatus ante mortem.

Ovid,

Benedictus Archiepiscopus Patriarchatus.

Deffor Ostrum. Steph. III.

Zachar.

Ad altitudinem Angelice gloriae sublevatus.

Et

si reposita: equidem ante mortem habet in mundo, quod Angeli Dei in caelo. *Tenuis enim natura Deum, longaeque remota Sensibus a nostris, animi vix mente videtur Quae quonia manuum tactu suffugit, & ibi; Tacile nihil nobis quod sit, contingere debet.* Cantavit vel Prophanus lib. 5. de *Rerum natura.* v. 149. In hoc enim parit mirabile, quod videtur sine proportione in corpore, adhuc ex mente: etenim in claritate gloriae visionis, minime caligavit oculus carnis; quandoquidem intendens aciem in circumfusam lucem, intuitus est in lumine Creatorem: & vidit in carne, quam vix homo sine lumine potest comprehendere mente.

11 *Nox sicut dies illuminabitur:* vaticinatur Regius Pfaltes. Quando igitur est illuminata nox, ut adhuc in tenebris esset lux? An in ortu Salvatoris, quo exortum est in tenebris lumen rectis; igitur ut magis fulgeret lumine, Sol etiam ortus in nocte? Verum hoc alibi. Nox in sacra pagina, dicitur tempus exilij in hac miserrima vita, qua non videtur Dominus, quia fugit sensus. *Cant.* 5. 1. *Thren.* 2. 19. ad *Rom.* 13. 12. & nox sicut dies illuminatur, cum in hoc mundo videtur; igitur fugat tenebras obscuri sensus superno lumine, et in nocte non sint tenebrae. Multis enim iustis supercedit ignis gratiae, verum non videntur etiam hoc lumine Solem; quippequam gloriae deficiebat lumen: at Benedicto nox huius saeculi sicut dies illuminata, quoniam in tenebris huius miserae vitae lux est orta; quo in lumine vidit lumen, intendens in Creatorem.

12 Præterea. Tenebris vallatur intellectus humanus uti sensibus immerfus, ut non videat sine lumine gloriae, quem intendit in volupratis videre. In nocte, quia sine lumine cognoscitur, verum minime videtur, & Benedicto nox sicut dies illuminatur; quoniam Creatoris revelata fuit gloria, quasi non esset in hac misera vita. Ideo additur: *Sicut tenebrae eius, ita & lumen eius:* siquidem illustratus fuit lumine gloriae, adhuc in tenebris vitae. Alij etiam periceti, ut dicit Isai. 59. 10. *Impingunt in meridie quasi in tenebris;* quia pro hoc statu fugit gloria subtilioris acumen cognitionis: caterum Benedicto, etiam non viventi extra carnem, tenebrae lumen; etenim illi singulari privilegio conceditur lumen gloriae, dum aliorum cognitionem circumdant tenebrae. Lumen gloriae aptat ad visionem intellectum in caelo, quem pro carnis conditione tenebrae comitabantur in mundo: & in Benedicto sunt tenebrae sicut lumen, ubi tendit in divinam claram visionem; quippequam nactus felicitatem

Lucret.

Et in carne extra carnem assumptum.

Psal. 138. 12.

Nox lucis in ortu salvia teris.

Nox vitae Benedicti illuminata.

Ibid.

III etiam tenebrae lumen.

Tom. II. Taut.

citari in hoc misero mundo, quicquid beati adipiscuntur in caelo. Demum, Lumen proprium est caelestis patriae, tenebrae viri vix: & tenebrae Benedicti non sunt tenebrae; quoniam habuit in via, quod lumen habent iusti caelestis patriae. Vivebat in carne sine conditione carnis, & lumen resultit in habitaculo corporis: igitur esset tenebrae suapte conditione sint (si aliquid sunt) sine lumine; Beatissimo Benedicto in delicijs visionis etiam nox illuminatio. Ita astruit Gregorius loc. citat. In carne extra carnem est: ergo contemplantur quo modo illabatur lux.

13 Altruet Paulus, qui Dei singulari gratia, etiam dignatus vivens visione beatifica. *Quasi morientes* (ait) & *ecce vivimus.* Ad quid ly *Quasi?* Quantum angustus, magnum aliquid indicat, & potius loquitur de gloria, quam de poena. Illi concessa gloria priusquam exiret de mundo, in illo celebri & singulari raptu: & non dicit, cum *vivimus morientes;* sed *quasi morientes.* Palam igitur fit Pauli privilegium in acumine vocis. Morientes gloriam videbimus: & quasi morientes habemus feliciter vitam; quoniam licet in transitu vidimus gloriam. Ceteri utcumque morientes, nos vero quasi. Illi in consummatione vitae, nos autem quasi in fine sine morte; igitur si post mortem gloriam videbimus, modo utique quasi morientes vivimus: etenim in hac fragili, corruptibili vita, etiam caelestis revelata gloria. Morientes, ad patriam pervenimus caelestem: quasi morientes, sumus in via foventes expectationem: & vivimus quasi morientes, in vita, & quasi in articulo mortis; quippe in gloriam nobis concessus raptus, etiam dum vivimus: igitur nobis visa perspicua divina essentia, vel cum essemus, uti sumus, in via.

14 Haud aliter Benedictus erat moriens & vivens. Vivebat, & moriebatur. Moriebatur vivens, & vivebat quasi moriens: quandoquidem ante vitae finem, beatificam nactus est gratia specialis visionem. Quod viderit, mihi inconcussum: sed levi pede ad cathedram accedendum. Ad visionem beatificam in viatore, ut aliquibus placeat, & necessarium est lumen gloriae ad illustrationem intellectus, & quod hic abstrahatur a sensibus ex parte status: quod quidem totum in visione Benedicti concedit Gregorius loco cit. dicens: *In Dei lumine raptus;* & ne in aliud quam ad Deum intelligeretur, duci obiectum; inquit: *In Deo raptus.* Non, *A Deo raptus* in aliud praeter Deum, sed a Deo raptus in Deum (qui iam obiectum proportionatum) illustrantem lumine gloriae intellectum.

Habuit in via lumen patriae.

3. Cor. 6. 9.

Paulo in vita est sentia dei vana revelata.

Benedicti raptus a Deo in Deum.

Cc 2

Dixi

15 Dixi meditante: *Ut aliquibus placet*; quippequam ferè toti scholæ Societatis (Ludov. Molina in 1. part. D. Thom. quæst. 12. tit. 2. Vazquez ibid. disp. 55. cap. 1. Suario lib. 2. de Atribut. div. c. p. 30. Amico tom. 1. disp. 10. sect. 26. Maximil. Sandæo in Theolog. var. lib. 3. Comment. 29. Exercit. 5. & pluribus alijs, maximè Salas loquenti & discreti de Visione beatifica, Benedictio concessa, 1. 2. tract. 2. disp. 10. sect. 4.) placitum, viatorem posse essentiam divinam videre cum usu sensuum: tum quia ita contigit Christo, & Virgini-Matri: cum etiam beatis post carnis resurrectionem, in quibus visio Beata sine abstractione à sensibus, imò illis illorum singularis & præstantissimus usus: quod etiam concedit D. Thom. 2. 2. quæst. 175. artic. 4. Haud indiget sententia suffragio: verum si opus, aperte probat Paulus ubi supr. num. 1. dicens de se, in cælum raptus: *Sive in corpore nescio, sive extra corpus nescio*. Id est, nescio, an cum usu sensuum corporis, vel sine usu. Ergo potest concingere utroque modo. Cum raptus à sensibus, conceditur: & cum usu sensuum non negabitur: igitur de Moyse, cui D. Thom. 1. part. quæst. 12. artic. 1. r. ad 2. non negat huius visionis gratiam, dicitur: *Quo transiente* (id est, in ipsomet articulo transitus gloriæ, vel gloriæ transeuntis) coram eo, ait: *Dominatur Domine: misericors & clemens, &c.* Ergo in ipsa visione locutus est, quod sine usu sensuum nequit fieri.

16 Quo ergo evanescit impetus Banez, & Zelum in 1. part. D. Thom. cit. ex eo quod cum usu sensuum non est raptus, sine raptu non est visio: ergo beatifica extra Benedictum, quia in visione vocavit Servandum, ut refert D. Gregor. ubi supra. In re dissentiant hi AA. & alij plures. In modo Salas ubi supr. Fasolius in 1. part. quæst. 12. artic. 11. dub. 10. num. 49. Sandæus ubi dudum Comment. 42. Exercit. 2. Thomas à Iesu lib. 6. de Contemp. divo. cap. 3. Sylva in 1. part. quæst. 12. artic. 13. §. 9. num. 134. Moned. ibid. art. 11. §. 8. Verum absolute & analyticè astruunt Rupertus lib. 12. de Gloria filij Dei, cap. 20. Bernardus de Diverf. Serm. 9. num. 1. in illud Psalm. 84. *Audium quia loquatur in me Dominus Deus*. Bonaventura de Luminar. Esclaf. Serm. 20. Dionysius Carthusian. Serm. 1. de S. Benedicto, Clemens VIII. in Bull. profest. S. Patriarch. apud Tamburin. tom. 3. disp. 24. quæst. 5. Hæstenus in Gregor. loc. cit. & Mathæus Laurentus ibid. igitur obiectioni Petri de toto mundo visio, & de or-

An visio beatifica in viatore exigat abstractionem à sensibus?

Exod. 34. 6.

Benedictus in corpore vivens, essentia divinam vidit.

dine visionis incognito, respondit Gregorius Magnus: *Hæc proculdubio cernere, non nisi in Dei lumine poterat*. Lumen Dei absolute est gloriæ lumen, maximè videnti & in carne Creatorem.

17 De re haud ambigimus, de modo vide quò supr. Scholasticos: de causa dissero, quæ quidem quantum sciam consilium in modo. Audiamus Augustinum, & Doctorem Angelicum, *Neminem videntem Deum* (ait ille lib. 12. de Genes. ad liter. cap. 27.) *vivere vitâ istâ, qua mortaliter vivitur istis sensibus corporeis; sed nisi ab hac vita quisque quodammodo moriatur, sine omnino exiens de corpore, sive ita adversus, & alienatus à carnalibus sensibus, ut meritò nesciat sicut Apostolus ait, An in corpore, vel extra corpus sit, cum in illam rapitur: & subvehitur visionem*. Subscribit D. Thom. 2. 2. quæst. 180. art. 5. ubi in corp. inquit: *Ergo dicendum est, quod in hac vita potest esse aliquis dupliciter: uno modo secundum actum; in quantum scilicet actualiter utitur sensibus corporis: & sic nullo modo contemplatio presentis vite potest pertingere ad videndum Dei essentiam. Alio modo potest esse aliquis in hac vita potentialiter, & non secundum actum; in quantum scilicet anima eius est corpori mortali conjuncta ut forma, ita tamen quod non utatur corporis sensibus, aut etiam imaginatione, sicut accidit in raptu: & sic potest contemplatio huius vite pertingere ad visionem divinam essentiam* Hæstenus Doct. Angelicus.

18 His ergo auctoritatibus astruitur causa, qua concedenda Benedicto visio beatifica in via: igitur si ad illam quodammodo mori, necesse est, Benedictus sublevatus in mentis lumine extra mundum fuit: minime quia à corpore separatus; sed quia Deum intuitivè vidit, quasi non haberet corpus: Hoc est esse in hac vita potentialiter, ut scilicet anima uti forma sit corpori mortali conjuncta; sed non quoad actum; quia sensus manent quasi non esset forma, ut homo vivat quasi moriens: nempe extra carnem in carne, & extra corpus in corpore, quoniam obtinet vivens illo in statu, quod moriens obtinebit in futuro. Sic igitur est secum, & extra se. Secum, ut forma quoad actum: extra se, cum videt Deum: si huiusmodi abstractio sit per visionem beatam, Benedicti videntis anima etiam super semetipsam: subdit Gregorius. Hanc paveas: in terris corpus habebat, sed lumine gloriæ in cælestibus, quasi in carne non esset, habitabat. In cælestibus? Utique.

Gregor. Maga.

August. Quod in viatore necesse est utrum ad visionem essentia divinæ?

Gregor.

Benedicti animam quomodo super semetipsam?

19 *Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo*: dixit Nicodemus cælestis magister: & quasi respondens occulter audientis interrogationi, *Quinam ille? subdit: Filius hominis qui est in cælo*. Si filius hominis de terra est (igitur dicuntur terrigenæ filij hominum) & non est in cælo, qui non descendit de cælo; quo pacto qui de terra, de cælo descendit, ut ascendat super terram? Deinde: si loquitur illi in hoc inferiori mundo, quomodo Christus habitabat in cælo? Erat in mundo corpore: erat in cælo mente; quin gaudia mentis sepelirent pondera carnis: igitur corporis sensus, ad beatificam visionem quasi non haberet corpus. Erat in cælo & in mundo, quoniam fruebatur in mundo, quod Angeli Dei in cælo. Erat in cælo & extra cælum. Erat in mundo & extra mundum. Erat in mundo & non erat: erat, quippe mortalem habebat vitam; & non erat, quia divinam inuebatur essentiam. Singulare aliquid innuit Nicodemus Dominus, ubi discretè ita de cælestibus. Esse extra cælum in mundo, nullam habebat singularitatem; sicut etiam in lege gratiæ, hac animam ornatam deduci in cælum post mortem. Esse utrobique, & non esse, rutilabat singulare: & ut conciperet Nicodemus prodigium; astruit Dominus esse in cælo & extra cælum: extra cælum carne, in cælo per lumen gloriæ. In mundo habitatione terrena, in cælo visione beatifica: quandoquidem fruebatur visione habituali Deitatis adhuc in ipsa passibilitate corporis: & cui conceptus huiusmodi visio; est in cælo, & non in mundo.

20 Intende in verba mirifica Salvatoris, estò gravia pondere difficultatis. Post cenam discipulis dixit: *Exivi à Patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem*. Qui descendit, ipse est qui ascendit super omnes cælos, ut impleret omnia: igitur à summo cælo egressus eius, & occursum eius utque ad summum eius. Verum quomodo intelligendum ly *Iterum*? Semel reliquit, cum in cælum ascendit. Quando reliquit primum, ut mundum dicat iterum ab illo corporali præsentia deferendum? Etiam cum esset in mundo. Non est in mundo qui corpore tantum; cum qui corpore tantum, sit extra mundum. Quid mirum, quòd iterum mundum relinqueret, quem relinquerat; si dum erat in mundo, ibi non erat? Fruebatur beatifica habituali visione, cum adhuc esset in carne. Visio hæc in lege gratiæ iustus conceditur in cælo post mortem; igitur glorificatur per gloriæ habituale lumen: & Christus erat in cælo,

Ioan. 3. 13.

Anima videns Deum est in mundo, & extra mundum.

Quomodo utrobique est, & non est?

Ioan. 16. 28.

Qua causa in mundo, & in cælo?

etiam cum esset in hoc lachrymabili mundo; quippe gloriæ lumine habebat in mundo; quicquid ad gloriam possidetur in cælo.

Aliter igitur. Mundus relinquitur, & cum ille relinquitur, & cum relinquitur. Relinquitur & relinquitur, cum separatur anima à corpore. Relinquitur & habetur, ubi corpus non impedit operationes superiores animæ: quæ quidem maximè, dum intellectus illustratur lumine gloriæ, quo videtur Deitas, in cuius visione naturæ rationalis consistat felicitas. Quicunque hæc gloriæ donatur in corporis habitaculo; magis quam in mundo vivit in cælo: & Christus dum è mundo in cælum corpore tendit, iterum relinquit terram; quoniam iam & vivens in mundo reliquerat terram, lumine gloriæ videns essentiam divinam.

21 In cælestibus habitat Benedictus, adhuc in mundo: igitur functiones mentis non præpediebatur passibilis caro. Intellectus estò in transitu gaudens divina visione, erat extra carnem & in carne. Extra & intra, ut lucentes Dei gratiæ à mundo fuga, & corporalis præsentia: siquidem extra mundum non esset, ni antequam relinqueret, reliquisset. Relinquitur mundus per mortem, & per vitam à vivente Deitate: unde Benedictus erat in mundo & non erat; quia quem mundum habitabat, gloriæ lumine fugerat: & erat in cælo, cum esset in mundo; quoniam adhuc in terra, postus divina gloriæ. Anima erat conjuncta corpori, sed non quoad actum; cum elevata super semetipsam, Benedictam deduceret extra mundum, siquidem non habitabat ubi erat, sed quò ibat: quod quidem non nisi in Dei lumine poterat; ut appareret cunctis prodigium singulare, vivere mundo, & mundo non vivere: esse in mundo & esse in cælo: esse utrobique, & utrobique non esse, corpore; & lumine.

22 Audiendus Vates Evangelicus, ut glorificetur Benedictus. *Regem in decore suo videbunt oculi eius, cernent terram de longe*. Visio gloriæ Regis pendet ex eo quòd terra procul ab oculis: Utique: terra videtur longè, dum oculi sunt in cælo, ubi rex videtur gloriosè in decore suo: igitur cæli gloria, non conceditur in terra, quoniam vicissim implicat lachrymæ & gloria. Observa modò. Non mirum, quòd longè terra cernatur è cælo: mirum sane, quòd terra sit longè à terra. Non à corpore, sed à lumine gloriæ huiusmodi procedit distantia; quippe cum Rex in decore suo videtur, longè præter Regem omnia. Si longè terra à terra

Deseritur terra, ubi in mundo patet gloria.

Benedictus quomodo iterum dominus habitavit in cælesti?

Isa. 55. 17.

In terra erat longè à terra.

terra non per distantiam, sed per visionem beatificam; Regem glorie in decore suo as- pexit Benedictus etiam ad horam: igitur in hoc infimo mundo, in terra, corpore: carne, oculi eius viderunt terram de longè: ita, ut dicere possit altiori sensu, quam Poëta lib. 1. Trij. Eleg. r. vult.

Ovid.

*A terra terra remota mea.*

Puro- di reve- latur Dei tas.

23 Qui mundo corde Deum videbunt: siquidem candor cordis attractivum Deita- tis. Observavit etiam Ethicus ubi supr. de Natur. rerum. v. 18.

*At bene non poterat sine puro pectore vivi, Quo magis hic merito nobis Deus esse vi- detur.*

Lucret.

*Ex quo nunc etiam pro magnas diditas gentes Dulcia permulcent animis solatia vitæ.* Superior utique prestat in Benedicto cordis amantis mundicia, ubi (affluente ad illum di- vinâ gratiâ) videt in mundo Dominum, quem alij mundi cordis in celo tantum vi- debunt. Quadrant carmina Paulini Natal. 4. v. 103.

Paulin. Benedi- ctus lar- giter tra- nit dona Du.

*Sesque à puero pia mens calestibus edens Instituit servire Deo, nec gratiâ pauper Absuit. & quantum stiebat corde capaci Lucis hians animus, tam largiter insua traxit Dona Dei.*

Marc. 10. 30.

Vitam be- nuit ater- nâ etiam in tempo- re hoc.

24 Tam largiter. Optimè: claret in- dice, etenim lucis hians animus in terram traxit corde capaci; quod alij in celo, dum cernunt terram de longè. Renunciatio fæ- culi promittitur merces felicitatis centupla, & etiam gloria: verum cum differentia. *Acci- pias centies tantum nunc in tempore hoc (di- citur apud Marcum) & in sæculo futuro vi- tam æternam.* Magna re verâ præmia, cæte- rum Benedicto festina: siquidem vitæ æternæ apparuit lux, & nunc in tempore hoc. Vita æterna est visio Dei ut est in se; & Benedicto etiam nunc. Non reservatur præmium usque in sæculum futurum: igitur nunc habet vi- tam æternam, cum in tempore hoc essen- tiam videat divinam. *Nunc:* siquidem illi, omnia nihil in tempore hoc. Videnti Crea- torem angusta est omnis creatura; & sub forma penè nihili subterfugit oculos munda- na fabrica. Unde in terra oculi eius creve- rant terram de longè: cum quicquid creatum illi videbatur breve, vi videbatur.

Thaul.

25 Hic stat origo specialis gratiæ visio- nis gloriæ. Quapropter Ioannes Thaulerus *Instituit.* cap. 12. loquens de huiusmodi vi- sione hominem describit præ cognitione sine cognitione, præ lumine sine luce. Apè, & ingeniosè: etenim non videt, qui aliquid in mundo viderit; & non cognoscit, qui de

mundo cognoverit. *Magna cogitatio obce- cat abducto intus visu. Sic in morbo coniti- ali (qui dicitur morbus facer) aperti oculi nihil cernunt:* ait Nicolaus Nancel. de Ana- leg. Mic. lib. 3. cap. 1. & Ovidius lib. 3. Me- tam. Fab. 6.

*Et que modò visa placebant, Nec corpus remanet.*

Rationem adducit Cicero de Divinat. lib. 1. *Sevocatur animus à societate, & conta- gione corporis.* Quæ contruit magna cogi- tatio, altius agit animæ rationalis unio me- diâ contemplatione cum Deo; ut docet ubi suprâ D. Thomas: quandoquidem dumtaxat potentialiter est unio corpori, & totaliter absorpta in lumine, ut minime videat, quod in mundo videt; nec cognoscat, quod cognoscit; quippe præ cognitione sine cog- nitione, & præ luce sine lumine. Hæc visio cæcos facit, vel quærit, ubi nemo videt, nisi qui sua lumina claudit. Non quoad usum, sed quoad affectum: igitur qui huiusmodi lumen non habet, cæcè clausis oculis videt in mundo ut aliquid, quod prorsus nihil: at qui sublevaris in mentis lumine cælicum lumen cognoscit, etiam apertis oculis nihil videt.

26 Gratulemur, quia venimus in flo- ralia. Elevatus est usque ad visionem beati- cam Paulus. Ergo considerando visionis ef- fectus. *Surrexit autem Saulus de terra, apertisque oculis nihil videbat.* Illustre fa- nequam testimonium! Qui est in terra, iac- cet: qui autem surgit, in pedes se erigit. Ve- rè stat, qui erigit se: etenim non aperit o- culos, qui non stat. Epanodo Hispanâ dulcius. *Pusose en pie, y abrid los ojos, porque no abre los ojos el que no se pone en pie.* Qui stat, terram calcatur; & stat, qui calcatur terram. Unde surgit, & in signum felicitatis oculos aperit: etenim summa felicitas, quod trans terram calcaret, priusquam Paulus terram versùs oculos aperiret.

27 *Unicum felicitatis exemplum* vocatur Marcus Agrippa à Plinio lib. 7. cap. 8. eò quod non rita natura, capite natus quip- pe in pedes procedere contra naturam est. Ratio quæ Plinium fugit; ut in altiora di- rigatur, minime later. Qui capite in lucem prodit; prius oculos in mundo figit, quam mundum calcet: qui, in pedes procedit; prius terram calcatur, quam videat. Primum est, cognoscere, postquam fecerit, mundi fallaciam. Secundum, odio habere, an- tequam veniat: & nasci pedibus in usuram huius lucis, & nasci signum felicitatis; quoniam si metanca (Vernaculè, *Desengaño*) mundi vanitatem aspiciere, ut proculceret; summa felici-

Præ cog- nitione erat sine cogitatio- ne. Nancel.

Ovid. Cicero.

Et præ luce sine lumine.

Ad. 9. 4

In mun- do oculos non aper- it, qui pè- ter- ram non premit.

Plin:

Magos, antequam calcare mundum.

felicitas eius vanitatem calcare, priusquam videatur.

28 Modò ad Paulum. Surgit à terra & oculos aperit. Non aperuit oculos, & surrexit. Prius aperire claustra luminis, post- que se se erigere in pedes; erat prius mundum aspiciere, quam proterere: secus, prius proterere, quam aspiciere: & Paulus à terra surgit, deinde verò oculos aperit; quoniam si despectus mundi fastidientem extollit usque ad caelos, Paulum usque ad visionem beatificam, quoniam surgens des- pexit, priusquam aperiret oculos.

29 Nota sequentia. *Surrexit de terra: apertisque oculis nihil videbat.* Nihil non videtur: & dum videtur mundus, vide- tur nihil. Surrexit à terra, & simul mens collocatur in gloria. Quid, nisi nihil viden- da orbis pulchritudo homini habitanti in celo? Magna videtur, si in terra iaceret: cæterum nihil, si surgit. *Nihil.* Quomodò si mundus omnia? Illi videtur magnum quid, qui clausis oculis videt. Aliquid tan- tum videnti, sed pessidanti: nihil autem, antequam mundum videat; proterenti: & cum Paulus priusquam oculos aperiret, cal- casset omnia apertis oculis nihil in mundo videbat.

30 Toto illo triduo conversatio illius in celo, ubi vidit quæ loqui non potest ho- mo; & quoniam nec auris audivit, nec in cor- rationalium descendit, quam Dominus dul- cedinem electis suis præparavit: igitur quan- tum stiebat corde, capaci lucis, hians ani- mus, satiavit fluminis impetus: *sed erat tri- bus diebus non videns:* subdit Lucas. Non- ne habebat oculos apertos? Utique: verum obeccat magni obiecti cogitatio, introrsum abducto visu. Illud tempus habuit gloriæ, quo nihil videbat terræ: & nihil vidit in ter- ra, dum palam gloria; quippe tunc gloriæ apertissime videt, cum apertos oculos mun- do clausus haberet. Hispan. *vigilanter. En- tonces se goza la gloria del Cielo, quando se tienen los ojos abiertos, cerrados para la vi- sta del mundo.*

31 Cæterò. Alij, qui nos miseri, apertis oculis videmus; & non videmus, quin oculos aperiamus. Ambulamus per fidem, non per speciem: Paulus habuit gloriæ lumen. Ubi nihil cernunt oculi aperti, intel- lectus prævenitur supernaturali lumine: & toto triduo Paulus visone potius est De- jatis, quia toto triduo non vidit apertis oculis. Arcanum observat in ipso texto, & acumen. Non dicit Lucas: *Erat tribus die- bus non videns:* sed *erat ibi tribus diebus non videns. Ibi.* Ibi non videbat. Ergo ali-

Et glori- sum.

Quomodo mun- dus om- nia, ali- quid, & nihil.

Ad. 9. 9.

Videt glo- riam, qui videns non vi- det ter- ram.

Ibid.

bi videbat. Næ. Ideo ibi non videbat, quia videbat alibi. Cælestis illapsus animæ lu- men parebat per cæcitatem: igitur totum cæcè videbat in celo; quia clare videns, nihil videbat in mundo. Signum est cogita- tionis magnæ, lucis privato sine carentia lucis. Visionis verò cæcæ, ubi in mundo cer- nuntur, quæ visa oculis ab intelligentia non videntur: & Paulus videbat gloriæ, non vi- dens apertis oculis, quam videbat terram; quippe quod modò visum cæcis oculis pla- cuit, viso lumine gloriæ nec corpus reman- et.

32 Huiusmodi cæcitas non est in ocu- lis, sed in obiectis. Proprius loquar. Non potest dici hæc cæcitas luminum orbi- tas, sed obiectorum visorum invisibilitas: si- quidem videtur oculis clausis, & minime apertis oculis. Videntur ab orbis lumini- bus, non videntur à videntibus: igitur dam oculi cæcis vident mundi aliquam spe- ciem; oculis intellectus gloriæ deficit lumen. In Pauli successu inest discriminis visum nota. Cum videbat essentiam divinam, apertis oculis nil videbat versùs terram: cum autem à contemplationis culmine, ad hoc redijt, quod prius fuit in intellectu commu- ni (Nam, ut inquit Gregorius ubi supr. cap.

3. *quoties per cogitationis motum nimium extra nos ducimur, & nos sumus, & nobis- cum non sumus*) inest ibidem Lucas: *Vidit vitam Ananiam introductem, & imponen- tem sibi manus, ut visum recipiat.* Grave utique argumentum producit Evangelistæ testimonium. Si mittitur minister, ut visum Paulus recipiat, Paulus pridem non vide- bat. Quomodo ergo cæcus vidit? Quia vidit Doctor Gentium, ut videret. Qui glori- riâ fruitur non videt quæ mundi sunt; quip- pe licet sit secum, est extra se, rapus in divi- num lumen, quod quidem à mundanis avellit intellectum: & tunc vidit Paulus, ut visum haberet, & in se à culmine contem- plationis rediret: quoniam videre mundi cæcis oculis fabricam; perspicuè demonst- rabat, quod iam non videbat gloriæ: igitur si tunc lumina in gloriæ lumine figeret, apertis oculis nihil, sicut prius in toto mundo videret.

33 In Pauli visione claret visio Benedi- cti. Breve ei fit omne quod creatum est, igitur visio extra mundum fuit. Nihil vidit, cum videret omnia, quippe licet omnia, videnti creatorem angusta omnis creatu- ra. Dum habitat in caelis, nil videt apertis oculis, quoniam illi mundus nihil. Si vi- deret, quæ in mundo erant, uti erant, mini- mè videret essentiam divinam: & apertis

Per cæc- itatem su- perius clarescit lumen.

Gregori- Magn.

Verf. 12.

Sine ha- tusmodi cæcitate evanescit lumen gloriæ.

Benedi- ctus ni- hil vide- bat, dum videbat omnia.

oculis nihil lumina vident; etenim vident Deum, quasi nulla & nullibi essent. Succinat Arator in *Alt. Apost. v. 709.*

*Disceit de corpore lapsa In mentis iam stare gradu. Cùm lumina clauduit,*

*Pectora tunc aperit, cœlique agnoscitur Auctior*

Arat.

*Discedente die. Quantum meruerit tenebra Post oculos maiora videt. Mirabile factis Exemplum dedit alma fides*

Exemplum utique & mirabile: quandoquidem quid non gloriæ in regia cœli, si ita in corpore?

DIDASCALIA XII.

S. Benedictus omnium iustorum spiritu plenus.

Gregor Magn.

*Cur nascente Benedicto moritur mater?*

*Cur plauditur uti Sol?*

Dionys Leb.

*Omnia ebarissima in Benedicto.*

Man-tuan.

**A**struit Gregorius Magnus ubi *supr. cap. 8.* Sol nascitur, & aurora perit. Perit oriente Benedicto mater Abundantia. Astruitur Sol, evanescente aurora. Cum Sole aurora non est. Nascitur Benedictus ut Sol. Fecit Deus auroram & Solem, ut post lumen amplius confluerecet lumen: cœterum simul non sunt, quia supervacua quælibet lux, ubi Sol. Sol est, quia solus & omnia. Quæ divisa cæteros beatos efficiunt, tenet collecta: quandoquidem tantus erat in eo maximarum rerum habitus, ut quasi temperamento quodam unum rutilaret virtutum diversum genus; eò modo quo pictor ex plurimis speciebus speciosa legit, & diversas oris gratias in unum colligit, uti fecit Zeuxis in florida pictura Lacinie Iunonis.

*Iunonis, diva digno cumeffrigere vultus Velle, & exactum reddere pictor opus. Ex Agrigentinis selectas quinque puellas Ante oculos fertur proposuisse sibi. Quarum imitaretur forma quos nosset honores,*

*Una in quaque magis quodq̄ nitere decus. Ita Dionysus Lebeus Embl. 54.* Ceteri iusti quasi radij Solis, mundum varijs virtutibus illuminantes, orbem illustrarunt: Benedictus verò uti Sol, unus pro cunctis. *Nen tam multiplici Divorum munere, non tot Delitijs, non tam grato Pandara decore Claruit, Africantucelebrata Poeta.* Speciebat Mantuanus lib. 1. *Parthen.* Omnia speciosa in Benedicto lucent. Cuncta splendent: igitur omnium iustorum spiritu plenus, omnia solus.

**Benedicam tibi, erisque Benedictus:** dicit Dominus Abrahæ. Quid, si Domini efficax benedictio, signat huiusmodi benedictionis geminatio? Quòd Abrahæ sit in benedictiones multas: aluit Maluenda. Ex multis benedictionibus, iustis à Domino concedendis, vel concessis, plenitudo coalescit benedictionis: & Abrahæ destinatur in benedictiones multas; ut eius constet felicitas, & Domini generositas: quandoquidem non magnum, quod magnus virtutibus esset; ni per quas alij magni, cunctorum cunctas habuisset. Apè cadit quod ex Marco Monacho canit in Benedicti laudem Ecclesia:

*Abraham sub uno Pectore claudit.*

Igitur quicquid magnum Abraham fecit, insigniorem Benedictum construxit. Fulsit non solum virtutibus magnus, sed virtutum omnium plenus.

**In portentum orbis natus:** dicit Bruno, uti vidimus *Didasc. 4. num. 2.* Cur uti prodigium factus est multis, & hominem miratur plenus hominibus orbis? De Sacramento Eucharistie profert Angelicus Doctor Opusc. 57. *Figurarum veterum impletivum, miraculorum ab ipso factorum maximum.* Magna enim fuit mirabilia Domini, sed unde huic miraculo nomen maximi? Ab exordio mundi miraculis insignibus eius plena lucent sacra pagina, prodigijs ac portentis rutilant folia: quare igitur Eucharistia dicitur prodigium inter miracula maximum? Signat Platces: *Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator Dominus: escam dedit timentibus se.* Panem Dominus sæpe ad manducandum dedit, & panem de cœlo, in quo omnipotentia rutilavit magnitudo: verum huiusmodi victus unicum erat miraculum, nihil amplius. Sæpe miraculose potum sitienti populo dedit; cæterum singulare miraculum tantum exhibuit. Mirum omnino Manna: subcineritius panis Eliæ, vas etiam aque, & alia plura. Hæc omnia magna, at in Eucharistia omnia: inæquè dicitur miraculorum maximum, istiusmodi singulare sacramentum, quia in illo fecit memoriam mirabilium suorum. Plura miracula visa fuerunt, & à Domino ostensa: verum erant miracula, & miraculorum signa; quousque veniret, qui in unico miraculo amanter compleret omnia: meritoque augustum sacramentum miraculorum omnium dicitur maximum, siquidem coruscet miraculorum figurarum omnium veterum impletivum.

**Accidit, dum sacra offerret Patriarcha N. Be-**

Gen. 13

2.

Maluèd

Marc. Monach.

Omnium iustorum spiritu plenus, Bran.

Prodigium orbis. D. Th.

Psal. 101. 4.

Cur Eucharistia miraculorum maximum?

Hauber

Favor singularis Christi. S. benedictum.

Quomodo Christi corpus corpus esse neditit

Cur confortur Moyses in quos Nuc. 11. 7.

Sap. 7. 22.

Spiritus Benedicti unicus, & multiplex.

**N. Benedictus** (uti refert Haubertus in *Chron.*) dicenti consecrationis verba, *Hoc est enim corpus meum:* quòd Christus respondit: *Imò & tuum & Benedicte!* Non hyperbolica locutio est, eisdè non intelligenda per æqualitatem, sed per similitudinem: non per naturam, sed per gratiam respectu excellentiæ perfectionis. Unde Paulus 1. ad Cor. cap. 6. à v. 15. *Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi? An nescitis, quoniam qui adheret meretrici, unum corpus efficitur? Brunt enim (inquit) duo in carne una. Qui autem adheret Domino, unus spiritus est.* Optimè proposito exposuit (uti vidimus *Tautolog. 2. Didasc. 3. num. 11.*) N. Ioann. à Callannia in simili gratia Gertrudi Magnæ à Christo concessa, dicens: *Nec iam duo corpora & unus animus, sed unus homo in unum corpus, unaque spiritum commixti sumus.* Videndus D. Thomas 1. 2. quæst. 28. art. 1. & 2. Corpus proprium vocat Christus corpus Benedicti, ob unionem gratiæ. Magna gratia: verum quare corpus suum dicit Benedicti in Eucharistia? Ut coniter Benedicti perfectio exposito Sacramento augusto, inter miracula maximo: igitur aptius demonstratur homo plenus spiritu omnium iustorum; ubi figuratur sacramentum, in quo cunctorum fit memoria mirabilium. Cur non erit portentum orbis, qui cunctis gaudet dotibus, per quas homines vel singulis sunt insignes? De præcipuis Conditor præcipua legit, ut unam ex pluribus formam Benedicti mirabili dispositione componeret. Deus omnium est artifex, Benedictus omnium habet virtutem.

**Iurè igitur, uti alter Moyses extollitur à Div. Thoma 1. de illo:** etenim habuit solus excellentiam spiritus in Legislatoris munere; per quam & non totam, septuaginta duo viri facti sunt magni. *Est enim (in Benedicto) spiritus intelligentia, sanctus, unicus, multiplex, subtilis, disertus, mobilis, incoquinatus, certus, suavis, amans bonum, acutus, quem nihil vetat, benefaciens, humanus, benignus, stabilis, certus, securus, omnem habens virtutem, omnia prospiciens, & qui capit omnes spiritus.* Singula nequeo percurrere, sacra Didascaliarum brevitate: vide igitur aliqua parallela apud N. Heften. in *Vit. Patriarch. cap. 8. à num. 13.* Nihilominus tamen considerandum est ly *Unicus & multiplex.* Quomodo multiplex spiritus simplex? Multiplicitas numerum format, unitas denegat: quare igitur ingenio, dum patet contradictio, spiritus Benedicti erit multiplex & unicus? Quia omnium iu-

*Tom. II. Taut.*

storum spiritu gloriosè plenus. Unicus, quia singularis: multiplex, quippe habuit, quem habuerunt omnes. Unicus, quoniam ipse solus ob felicitatem: multiplex omnium amplectens virtutem. Plaudatur ergo uti homo unicus, qui omnium virtutibus plenus: siquidem continet vita, ut compendium sanctitatis, quæ singula dona homines formant felices.

**De mensa oblata Domino à Iustina-** no, Constantinopoli in templo S. Sophiæ, refert Baronius Anno Christi 557. *Constabat auro, argento, omnisque generis lapidibus, lignis, metallis, omnibusque rebus, quas terra fert, mare & aperius mundus. Ex omni materia pretiosa plura, meliora, posteriora collegerat.* Huic dono Nicol. Causinus lib. 11. *Parabol. 1.* epigraphe scripsit: *Unum pro omnibus.* Ecce mensa Eucharistie, ubi omnia bona concessa homini: siquidem constat sacrum arcanum universis mirabilibus, unam pro omnibus. Symbolum etiam videor mihi videre spiritus unius multiplicis Benedicti: etenim ut canit qui *supr.*

*Quicquid antiqui cecinere Vates, Quicquid æterna monumenta legis, Coninet nobis celebranda summi Vita Monarchæ.*

**Signaculum similitudinis** vocatur rex Tyri, sed *Iranice:* insit Sanctius hic: igitur sibi blandiebatur in se cogitans cunctorum perfectionem, qui nec in ulla ullam habebat similitudinem. Similitudo est, ubi aliqua inest perfectio, sed non omnimoda: signaculum, si rutilat perfectionum excellentia, quasi in unum collectæ pretiositates, & momenta æstimationis: uti sequitur, *Omnis lapis pretiosus operimentum tuum: sardius, topazius, & iaspis, chrysolithus & onyx & beryllus, sapphyrus & carbunculus, & smaragdus: aurum operi decoret tui.* Hand singularis quilibet lapillus, quantumvis pretiosus. Singulare omnino, quòd in uno inveniretur universorum perfectio: etenim ultra omnem æstimationem, si concineret pretiosorum cunctorum pretiositatem: mereturque plausus, dum unum pro cunctis fama loqueretur opus.

**Hæc sibi affectabat Tyrius Princeps,** quæ reverè tenuit Monachorum Patere. Virtutes sæpe in Scriptura designantur per gemmas, quippe in virtutibus latet vera pretiositas. *Exod. 28. à num. 17. & Apocal. 21. à num. 19.* Similitudo signaculi esset spiritus Benedicti, si haberet in sanctitate splendorem iaspidis, onychis, aut chrysolithi: & non dicitur similitudo signaculi, sed signa-

*Dd*

Mensa ex nobilitate pretiositate. Baron.

Causin

Symbolum Eucharistie

Et Benedicti.

Ezechiel 28. 12.

Ver. 11

Singularis gemma.